

Psal. 68.

Onus imponit nobis Deus, sed & opem fert nobis. Deus noster est Deus, qui auxiliatur, & Dominus noster est Dominus, qui eripit ex morte.

Ioël. 2.

Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia clemens & misericors est, longanimis, & plenus misericordia, & remittit iniquitates.

Ad hæc & similia dicta requiritur Fides.

Iere. 5.

Domine, oculi tui respiciunt fidem.

Matth. 8. & 15.

Fiat tibi, sicut credis. Item, O mulier, magna est fides tua, fiat tibi, sicut credidisti.

Luca 17.

Fides tua te saluum fecit.

Act. 15.

Fides purificat corda.

*Hoc nobis largiatur Dominus Deus noster
per Iesum Christum filium suum,
Dominum nostrum,
Amen.*

His